
DICKI
MAN

20002/A
N VI 7/d

poi, altri ſta
, e le perſon
atti , come
amentis confe

re nuove coſ
ro iſtrument

origine dell
i , Protoc
quelli con
inventando
onſe per evi
con tuttociò
poterſi dir
ſtato neceſſ
che quelle
quali , la
ſempre s
enzioni , ch
la ſtipolaz i
te , che s' a
monj , o d'
verità della
aſſata .
aſſertiva d

INDEX
ET
MANVDVCTOR CHYMICVS,

In Quo

Poſſibilitas Tranſmutationis Metallorum clarè oſtenditur, & ſimul Via ad inveniendum Lapidem Philoſophorum aperitur.

ANNO 1680.

Σὺν τῷ Θεῷ.

OPerationes ad Chymiam ſpectantes non conſiſtunt ſolùm (uti aliqui putant) in tranſmutatione metallorum; Ipſa enim eſt Ars magis Univerſalis, quæ aliquo modo etiam Medicinam complectitur; aut ad minimùm ex propinquiori ipſi manus in adjutorium porrigit, & poteſt definiri, quòd ſit Ars, quæ reſolvendo & reducendo corpora mixta in ſua prima Elementa ipſorum naturam dividit, ſeparatque purum ab impuro & illo utitur ad corporum iſtorummet perfectionem atque unius corporis in alterum tranſmutationem.

Ex quâ definitione manifeſtè ap-
paret, quàm latè ſe extendat Chymi-
per omnia genera corporum natura-
lium; ab illa parte, quatenus concer-
nit ſola metalla, habet proprium ſu-
um nomen, Alchymia, â vocabul-
græco deſumptum, quod ſignificat
Succus Salis; ſiquidem in ſpiritu fu-
coſo Salis reſidet tota virtus & eff-
cacia mixtorum corporum.

Chymia poſteà quoque dicta fu-
Spagirica, à verbo græco Spao, quo-
valet quantùm dicendo, colligere
ſeparare, quaſi diceretur, ſepara in-
purum & collige purum.

Alij appellârunt Cabbalam, qu-
antiquitus communicabatur filijs
patribus ſuis, tantummodò oretenu-
propagando ità ad poſteros, non p-
hiſtoriam, ſed per ſimplicem trad-
tionem.

Alij tandem ei nomen Sapienti-
dederunt, etenim non abs ratione

impo

mpoſſibile eſſe exiſtimârunt, quod
ine hac Arte natura & Virtus cor-
orum naturalium poſſit perfectè co-
noſci.

Ut finaliter ſcopum ſibi præfi-
tum attingant, qui eſt perficere cor-
ora ſeparando purum ab impuro,
hymici varias exercent Operatio-
es, quæ omnes reduci poſſunt ad
ex ſpecies principales.

Prima eſt Calcinatio, quâ Corpora
calcem aut cinerem reducuntur.

Secunda dicitur Solutio, per
uam Corpora jam calcinata diſſol-
untur in humidum vel liquorem.

Tertia Diſtillatio eſt, cujus me-
io liquor diſſolutus, ſemel aut ite-
atis vicibus diſtillando purgatur &
ectificatur.

Quarta Putrefactio appellatur, per
uam Corpora diſponuntur ut partes
uræ ab impuris invicem permixtis
cilius poſſint ſeparari.

Quinta nominatur Sublimatio medio hujus partes magis ſubtiles ſpirituales, & volatiles coguntur aſcendere in altum; quò tali mod ſeparentur à partibus plùs fixis, qu remanent in fundo vaſis in quo f Sublimatio.

Sexta demùm eſt Unio partiu purarum ſpiritualium & volatiliur cum partibus ſimiliter puris, ſed f xis, ut omnes invicem unitæ ſeſ coagulent, & deveniant fixæ, un dicta fuit Coagulatio & Fixatio.

Tali enim modo partes puræ impuris ſeparatæ, licet alteræ ſin volatiles, alteræ fixæ, nihilomin ſe invicem amicabiliter uniunt, at firmo & indiſſolubili ligamine f conjungunt. Et tùm temporis vir tes miraculoſas efficaciſſimáſque i operando acquirunt; ubi primùm lis efficacia Operationum erat i pedita à partibus impuris, in q

bus tenebantur quaſi incarceratæ & vinctæ.

Hîcce advertendum eſt, quod omnia mixta hujus Artis oſtendunt eſſe compoſita ex quinque partibus Subſtantialibus, duæ partes ſunt Subſtantiæ impuræ, id eſt, totaliter mortuæ & abſque ulla virtute ac proprietate efficace ad operandum; Tres verò Subſtantiæ puræ, in quibus poſita eſt tota vis & potentia efficax, propria cujuſque mixti. Ex illis duabus una vocatur Phlegma; quod eſt Subſtantia aquea, abſq; ullo odore aut ſapore: Altera dicitur Caput Mortuum & Terra Damnata, id eſt, una Subſtantia terrena pariter ſine ullo ſapore & ulla virtute; de cæteris tribus poſtea una nominatur Sal, id eſt, Subſtantia magis fixa, ita appellata, quia omni violentiæ ignis reſiſtit, nec deſtruitur, nec avolat aut evaneſcit per aërem: Secunda Oleum

vel Sulphur titulatur, quia ad ſimilitudinem horum pinguis & viſcoſa eſt: Tertia Spiritus dicitur, quia præ omnibus cæteris maximè ſpiritualis & volatilis eſt, & quovis licet minimo calore diſſiparetur per aërem, ſi non cum Sale eſſet unita, quod eſt pars fixa, interveniente oleo quod à ſua natura aliàs eſt tenax & viſcoſum, aptúmque ligare volatile cum fixo.

Iſtæ tres ſpecies Subſtantiæ puræ cum alijs multis nominibus adhuc vocantur, Corpus, anima, ſpiritus, amarum, dulce, acidum, Sal, Sulphur, Mercurius, &c. Et in ipſis ſolis poſita eſt tota virtus & efficacia Mineralium, Vegetabilium & Animalium; In ſumma in quovis mixto, quantitas Subſtantiæ puræ, reſpectu impuræ ſit minima.

Hocce manifeſtè apparebit, ſi præſumamus facere diligentem Anatomiam alicujus mixti v. g. roſarum:

Acci-

Accipiamus itáque magnam quantitatem roſarum ante ortum Solis collectarum, quando adhuc rore ſunt imbutæ, & ſic ſtatim in mortario lapideo contuſas ponamus in vas terrenum vitriatum, aperiamúſque bene, ita relinquentes macerare & putrefieri uſque dùm videbimus ſentiemúſque ab odore quòd ſint acidæ, hocce accidat poſt 12. vel 15. dies, & quò melius ſe diſponunt ad ſeparationem puri ab impuro, ipſis adjungamus ſtatim à principio parûm Salis vel Cremoris 🜿; Nam hicce penetrando ſcindit & dividit Subſtantias heterogeneas, unde poſtmodum faciliùs una ſeparatur ab altera.

Poſt hanc putrefactionem ſumamus unam quintam vel ſeptimam partem dictarum roſarum, poſitàſq; in vaſe vitreo diſtillemus in B. M. aut B. V. aquam diſtillatam ſuperinfundamus alij parti ex his roſis (re-

 ſervan-

ſervantes tamen à parte jam diſtillatas, in quibus adhuc remanet Oleum & Sal) & haſce diſtillemus modo prædicto, abſtrahendo aquam ſuperinfuſum & inſuper adhuc illam, quam in ſe continent, quæ iterum alijs roſis imponatur, & tali modo habebimus omnem aquam rectificatam purámque in qua continetur ſpiritus, id eſt, pars magis ſubtilis & volatilis, quæ debet ſeparari à Phlegmate hoc modo: Ponamus totum hanc aquam aut hujus partem in vaſe vitreo (vulgo Kolben-Glaß) cum collo ſatis longo & ſuperimpoſito ſuo alembico, cum recipiente optimè per lutum in juncturis annexo, poſtea leviſſimo igne cinerum abſtrahamus ſpiritum reſtante phlegmate in vaſe, quod tanquam materia magis gravis & impura, non poterit cum parvo calore aſcendere tam altè; Sed quoniam nihilominus

nus bona pars phlegmatis ſubtilioris levioríſque ſemper aſcendit,ideóque rectifficemus ſpiritum diſtillatum, diſtillando iterum in vaſe non minùs alto, quàm erat primum, & cum calore magis temperato, ad modum qui obſervatur cum ſpiritu vini, ſumendo ſolummodo illum qui facillimè aſcendit, & hoc ſæpiùs repetendo; Tùm tandem habebimus quidem unam minimam partem univerſæ illius Subſtantiæ liquidæ, ſed illa tota erit ſpiritualis, quod cognoſcetur non tantùm ex fragrantiſſimo odore quem diſpergit per integrum cameram aperto ſolùm vaſe, verum etiam per hoc quod admoto lumine ardebit tota modo tali, quô facit aqua vitæ optima.

Conſervemus itaque hanc partem ſpiritualem, quæ per ſe ſola infinitas habet virtutes; Et alteram partem majorem, quæ eſt phlegma

funda-

fundamus ſuper roſas jam diſtillatas, adjungendo adhuc aliud ſimile phlegma ad extrahendum ab ipſis roſis Oleum; quod fiet per diſtillationem ignis cinerei, cum calore aliquatenus fortiori: Nam hoc modo diſtillabitur invicem cum phlegmate etiam Oleum, quod paulatim ſe ipſummet à phlegmate ſeparabit natando in ſublimitate phlegmatis in colore aureo, & quamvis hujus quantitas erit pauciſſima, nempè uncia fortaſis aut parum plus ex toto pondere roſarum & una ſola quinta pars prædicti ſpiritus, habebit tamen majorem virtutem ipſomet ſpiritu cæteróque remanente. Separetur ergò & conſervetur Oleum per ſe, & etiam phlegma, poſtea comburantur roſæ relictæ in vaſe, de quibus jam fuit Oleum extractum & ſpiritus, & inter comburendum ipſis adjungatur parum Sulphuris, hiſce reductis in cine-

cinerem, detur ignis fortis, ità ut devenìat cinis albiſſima, iſta inferatur vaſi vitreo aut terreno bene vitriato, & ſuper imbibatur phlegma prædictum; Poſtea optimè coquatur, uſquedum phlegma de cineribus extraxerit Sal. Tunc per cartam emporeticam, colatur, ponatúrque ad diſtillandum, abſtrahendo ita phlegma, reſtabit Sal purum in fundo vaſis: Cineres denuò calcinentur in igne forti reverberij & iterum coquantur cum phlegmate, ità enim hocce extrahet aliud Sal, & iſta operatio repetatur tam diu, uſque dum cineres remaneant totaliter privatæ Sale: Tales ſunt Terra damnata, id eſt, Subſtantia terrena impura, ſic erit terminata tota Separatio partium purarum, Spiritus, Olei & Salis, à partibus impuris, phlegmate & Terra damnata aut Capite Mortuo. Verùm ſi Sal nondum eſſet puriſ-

puriſſimum, ut efficatur tale, de novo in phlegmate debet diſſolvi, coli & coagulari per evaporationem aut diſtillationem, & hoc Solutio, coagulatióque repetatur ſæpius, & habebimus Sal puriſſimum minore quantitate Olei, ſed de majore virtute. Quælibet trium harum Subſtantiarum per ſe eſt efficaciſſima, ſed multò magis quando invicem erunt unitæ, formantes unam quintam eſſentiam, quæ tali modo efficitur: Ponatur Sal purum in vaſe vitreo, cum collo ſatis longo & commiſſo igni vel calori moderatiſſimo. Ei ſuperinfundatur una pars Olei: Continuetur calor cum vaſe benè clauſo, uſque dum Oleum fit perfectè unitum cum Sale, poſtea adjungatur alia pars Olei & ſic continuetur decoctio, ſemper paulatim procedendo, uſque dum omne Oleum ſit perfectè incorporatum & amplexum

xum cum Sale: Tunc adjungi debet pars ſpiritus, & fiat proceſſus lento gradu ipſiſſimo modo qui tenebatur cum Oleo: Ità enim hæ tres Subſtantiæ puræ, Sal, Oleum & Spiritus ſeſe amplectentur invicem vinculo indiſſolubili tali modo quod nulla ars poterit ampliùs ſeparare, germinabuntur per ſemetipſos in roſas, licet in vaſe vitreo clauſas, operantes prodigaliter in medicina.

Per hocce videtur quatenus Chymia reſolvat corpora in eorum prima principia, factâ Anatomya in ordine ad cognoſcendas qualitates, quod enim hîcce narratum eſt de roſis, valet etiam de cæteris vegetabilibus, de Animalibus & Mineralibus quoque, etſi in his difficilior ſit ſeparatio materiæ puræ ab impura, & requirantur diverſæ operationes; Et ſpectatur ſimiliter quali modo fiant veræ quintæ eſſentiæ, quæ aliud non

ſunt

ſunt quàm una Subſtantia pura libe-rata ab omni materia impura, & quæ cum primò ſit diviſa in tres Sub-ſtantias ſeparatas, poſtmodum ex omnibus tribus una ſola cum vincu-lo indiſſolubili efficitur.

Verùm revertamur ad Opera-tiones Chymicas in ordine tranſmu-tationis Metallorum, pro quibus in-nummerabilia habentur inſtrumen-ta, tot vaſa, tot furni, cum quibus licèt faciant magnum fructum in me-dicina, tamen quoad lapidem phi-loſophorum ſi ſcirent viam rectam, per quam imitando naturam debet incedi relinquentes á parte tot re-tortas, alembicos, vaſa circulatoria, ova philoſophica, vaſa Hermetis, Acanores, furnos otioſos, fuſionis, reverberij, calcinationis, digeſtionis &c. Neque ullo uterentur igne vio-lento cum quo abeunt in fumum nummi, & ſpes multorum reſtante

ſola

ſola caligine in vultu & triſtitia in animo, quod flatibus follium abegerint Mercurium ex Erucivulo, & ex Marſupio aurum, quoniam Stulti credunt Numini mendaciorum, exiſtimantes per Deum prædonum eos ditefcere poſſe.

Duæ autem ſunt viæ per quas procedit Chymia in ordine ad tranſmutationem, una dicitur Generalis, altera particularis, per viam primam quærunt materiam puriſſimam, quæ ſit tanquam quinta Eſſentia Cœleſtis & Univerſalis, idem, nondum ſpecificata aut determinata ad aliquam ſpeciem Corporis Sublunaris; cum quali materia, (quæ ſi reperiatur, convenit eſſe ſimilem radijs ſolaribus) putant poſſe perfici non ſolùm Metalla, verùm etiam quodcunque Corpus aliud imperfectum, tranſmutando unum in aliud diverſæ ſpeciei; Altera via vocatur particularis, per quam

ſeparatur una Subſtantia pura de ſpecie particulari alicujus mixti, & virtute hujus ſola perficiuntur alia corpora, quæ participant iſtam naturam, & quando tranſmutantur, hoc fit tantùm in illa natura determinata ex qua eſt iſta Subſtantia pura, cum qua tranſmutantur; Siquidem hoc cum jam ſit determinata ad unam ſpeciem particularem, non poteſt mutare res aliter, quàm ut faciat ſibimet ipſi ſimiles, ubi in via Generali in qua habetur materia pura univerſalis, idem, nondùm adhuc ſpecificata, quando volunt tranſmutare, v. g. Criſtallum in Rubinum, ſumunt partem unam illius Subſtantiæ puræ nondùm ſpecificatæ & ungendo cum rubino primùm ſpecificant, & accipit virtutem convertendi in rubinum, quamvis aliam Subſtantiam magis vilem, quæ in natûra conveniens eſt rubino ſicut Criſtallum ex monte, &c. Ita

etiam volentes convertere Metalla imperfecta in aurum, conjungunt auro partem unam illius Subſtantiæ puræ, & ſi ſpecificant, ut ſit apta ad tranſmutandum in aurum omne illud quod participat naturam auri, ſicut ferrum Mercurius, Cuprum, plumbum argentum, &c. Inſuper in via particulari ſolent diſtingui duæ Artes Chymicæ; Una nominatur Ars magna; Altera Ars parva dicitur; Verùm Ars ſupradicta, quæ ambulat per viam univerſalem poteſt appellari maxima. Ars parva eſt illa, quæ cum lucro quodam notabili perficit Metalla aut in parte tranſmutat; Sic aliqui de argento extrahunt cum certis cementis quandam particulam auri, alij augmentant aurum ipſum; Alij cum magno labore & ſumptu extrahunt argentum de cupro & ſtanno; alij figunt quandam minuſculam partem Mercurij, & hæc Ars parva

 dici-

dicitur; attamen ſi aliquis bene poſſederit non propterea poterit in brevi tempore acquirere ſibi immenſitatem divitiarum. Ars magna eſt illa, quæ interveniente Lapide Philoſophico facilè & ſtatim tranſmutat quodcunque Metallum imperfectum in aurum vel argentum.

Ambæ hæ Artes viæ particularis ſunt illæ, per quas hodierna die Alchymiſtæ ambulant. Et de via univerſali per quam incedebant Antiqui vix ulla fit mentio; Et tamen exiſtimo hanc eſſe magis planam, & quæ facilius poſſit perducere ad conſequendum aureum vellus: Imo etiam in via particulari pauci ſunt illi, qui ſe applicant Arti magnæ, cum tamen ſit multò facilior & magis ſecurior, quàm altera parva; vel etiam ſi aliquis in ipſa laborat, hoc facit abſq; ulla cognitione modi quem tenet natura in operando, & confidendo tan-

tantùm in certis antiquis receptis aut ſecretis, incedit per ſemitam fallacem, ſemper faciendo probam jam de uno, nunc ab altero: Duæ poſtea ſunt ſpecies Lapidis, una ad albedinem & altera ad rubedinem deſtinata, illa convertit omnia metalla in argentum, & hæc in aurum, atque de una & altera pleni ſunt libri Chymici, qui cum mille fabulis, ænigmatibus, caracteribus extraneis & Ziferis ita obſcurarunt veritatem & adeò implicìti ſunt mendacijs, ut opus ſit ſtudio quò ſæpius intelliguntur, & interdum maximè confunditur intellectus eorum, qui non habent perfectam cognitionem modi illorum loquendi, & de vera naturalique Philoſophia, particulariter circa formam mixtorum: Unde unuſquiſque adhortatur ne ſtudeat in talibus libris, antequàm habeat exactam notitiam Philoſophiæ naturalis acqui-

ſitæ cum practica multarum experientiarum; Adverto quoque, quod quò perfectior Ars eſt, eò ſimplicior, unde Autores magis approbati unanimiter aſſerunt, quod prima materia Lapidis ſit res vilis, quæ non emitur nummis, ſed facile invenitur: & quod in modo operandi, debet imitari natura, quæ, ut producat aurum, utitur tantùm unà ſola & ſimplice materia, quæ eſt ſemen auri; uno ſolo vaſe, quod eſt ſinus terræ, & uno ſolo igne naturali & vitali, qui eſt ille Solis.

De Tranſmutatione Metallorum.

MUlti ſunt qui negare volunt poſſibilitatem Tranſmutationis Metallorum, ego autem Contrarium ab Experientia edoctus, ad roborandam Sententiam præſens Argumentum inferre audeo, v.g. Si apes poſſunt generari ex fimo tauri

tauri (qui eſt una Subſtantia maximè diſſimilis ab ipſis, multò magis ergô aurum poteſt formari ex ferro vel cupro aut alio quodam Metallo, cui non adeò eſt diſſimile; Atque prius verum eſſe teſtatur Experientia, ergô & poſterius.

Nec non ad probandum confert vera tranſmutatio, quæ fit mediô animæ auri aut argenti ſuper cætera metalla inferiora; Nam hæc tranſmutatio ſi fit abſque incremento auri, non erit impoſſibile perficere illam animam ità, ut poſſit tranſmutare majorem quantitatem metalli: Et hocce confirmatur exemplo ſeminum, quorum unicum granum aptum eſt producere centum aut mille modo ſi ſeminetur in loco proportionato; & cum exemplo fermenti, cujus ana minima pars ſufficiens eſt fermentare maximam maſſam.

Nec valet hic contradictio, quod

Metalla non producant, ſemen, uti herbæ & plantæ; Nam etſi natura à ſe ſola non habeat virtutem extrahendi ab auro ipſius ſemen, nihilominus adjuvata & promota ab Arte poterit hoc facere, quod non poſſet à ſeipſa, ſic quod Ars ibidem incipiendo ubi natura finivit, perficiet ſemen illud quod in auro tantummodo erat inchoatum; In quo advertatur, quod ad productionem & multiplicationem auri, non ſit neceſſarium, ut natura extrahat ſemen ab auro, ſiquidem multæ plantæ non producunt ſemen, & tamen ab ipſiſſima Subſtantia ſua putrefacta renaſcuntur & multiplicantur; Et ipſiſſimum Sal extractum ab unaquaque planta & ſeminatum producit & multiplicat ipſiſſimam plantam; Quare igitur non poterit extrahi etiam Sal ab auro, quod eſt ejus puriſſima efficaciſſimaque Subſtantia, & uti ſemen

men ejus ſeminari in campum convenientem, id eſt, in Subſtantiam auriferam, unde producat fructum multiplicem.

Aſſero itaque totam Artem conſiſtere in ſcientia extrahendi ab auro vel argento ſemen ſuum, ac uniendi hoc cum materia proportionata, in qua, poſtque putrefacta corruptaque fuerit, poſſit proferre fructum centuplum. Unde illi qui quærunt materiam Lapidis Philoſophici in alijs rebus aberrant à ſemita recta, nec naturam, uti deberent, ſequuntur; Et præſertim declinant à vera via illi, qui quærunt talem materiam in herbis & animalibus: Nam operantur à contrario dùm volunt facere, ut natura retrogradum ſumat à rebus perfectis, quales ſunt viventes ad imperfectas, quales ſunt Metalla; quod repugnat modo naturæ, quæ neſcit retrogredi. Potiùs ergò quæratur ta-

lis materia in mineralibus aut im-perfectis Metallis, quæ natura qui-dem ad perfectionem auri conduce-re volebat. Verùm ob defectum ma-teriæ ſufficientis ſeminalis perficere non potuit; Inde contingit, quod hæcce materia, quamvis etiam pro parte inſit mineralibus imperfectis, ipſa tamen eſt pauciſſimæ quantitatis & infecta cum multa alia indigeſta & impura Subſtantia: Ità quod ma-gis expediens erit quærere in auro vel argento, ubi copioſior & purior eſt; juxta illud Poëtæ: in auro ſunt ſe-mina auri; Et eſt facilius producere apes ex alveario, quàm ex fimo tauri: Audeo igitur non ſolùm dicere, quod Ars hæc ſit poſſibilis, verùm etiam maximè facilis; Nec valet op-poſitio quæ infertur dicendo, quod ſi res poſſibilis eſſet efficere hunc Lapidem; inter tot qui non peper-cerunt nec ſumptibus, nec laboribus, unus

unus ſaltem obtinuiſſet finem deſideratum; Quia aliud eſt rem eſſe facilèm ad faciendam, aliud etiam facile eſſe invenire modum quô fieri debeat: Unde videmus pulcherrimas inventiones novas quotidiè reperiri, quæ ſunt factu faciles, & tamen per multa ſæcula nullus unque ſciebat invenire; Etiamſi verum eſſet, quod nemo invenerit dictum Lapidem, quod falſùm eſſe exiſtimo, non tamen ſequitur quod ſit impoſſibile, imò neque difficile ad faciendum.

Adjungo, quod DEUS per Providentiam quam habet ſuper res humanas non debet facilè permittere, quo multi conſequentur hanc Artem, & imprimis magni Principes, aut quò manifeſtetur aut communicetur populo, tali modo enim aurum & argentum & conſequenter monetæ perderent prætium ſuum, in quo concertaret maxima

ma pars negotiorum humanorum, conveniretque reaſſumere veterem illum Cambicem rerum neceſſariarum ad vitam civilem, cum maximo præjudicio & confuſione in contrahendo; Ad confirmationem hujus poſſem adducere multas hiſtorias, in quibus apertè viſa fuit ſingularis providentia Datoris omnis boni, non permitendo, quò Ars iſta, conceſſa ab ipſo alicui privato, fuiſſet revelata alicui alteri: Unde rationabiliter concludunt, ipſam eſſe donum ſingulare, quod DEUS confert illi qui magis ipſi complacet, non tamen permittens undique ut fiat commune pluribus: Addatur etiam hoc quod magnopere pericliteтur ille cùm poſſideat, ſi fortaſſis innoteſceret alijs, & præſertim Principibus, unde licet aliquis ſciat, practicetque hanc artem, eſt coactus tenere abſconditam & diſſimulare eam.

Nunc

Nunc dicendo aliquid de modo, qui debet obſervari, pro conſequenda illa; advertendum imò firmiter tenendum eſt, quòd illa tota conſiſtat in iſtis duobus præceptis, quæ communiter dant Magiſtri ejuſdem; Fixum fiat volatile, & iterum volatile fiat fixum; Et volunt dicere, quòd de auro vel argento debeat extrahi ſemen diſſolvendo aurum vel argentum, quæ ſunt corpora fixa, & permanentia in igne, reducendoque in primam materiam eodem modô, ut ex ipſis ita deſtructio poſſit extrahi illa Subſtantia pura, quæ eſt ipſorum ſemen; Propterea opus eſt, ut hæcce corpora quæ primò erant fixa, taliter deſtruantur, quò minus poſſint reduci in aurum, ſed igni appoſita evaneſcant, & tùm temporis erunt volatilia facta; Nam etiamſi aquis fortibus poſſunt reduci in minimas particulas, ità ut appareant deſtructa,

ćta, nec ab aquis ipſis diſtinguantur, nihilominus ipſa reſervant ſuam naturam, & illæ minimè particulæ diviſæ reſtant in poris aquæ corroſivæ, quæ apud ignem evaporando relinquit infundo aurum fixum, uti erat primum.

Hinc evenit quod decipiantur illi, qui cum aquis corroſivis, aut cum violentiæ ignis cogitant reducere aurū in primam materiam; Etenim aut ipſis non eſt poſſibile ut deſtruant, aut ſi deſtruunt, violentia ignis & malignitas corroſiva iſtarum aquarum conſumunt & deſtruunt illam Subſtantiam humidam & viſcoſam, quæ tenebat fixè ligatas auri partes, quæ Subſtantia eſt illa ipſiſſima anima, quæ deſideratur, & tamen deſtruendo aurum debet conſervari & ſeparari pura à cæteris partibus. Quapropter tota difficultas conſiſtit in reperiendo medio, aut uti dicunt menſtruo, quod

ſit

ſit aptum reducere aurum in primam Materiam, conſervando illam Subſtantiam humidam, & pinguem quæ vocatur anima, & ab alijs dicitur Sulphur; Ideo neceſſe eſt, ut illud menſtruum & liquor aperiat poros auri, ac penetret interius amicabiliter, ſeparando illam Subſtantiam humidam à cæteris partibus puram & illæſam, & per conſequens ſi Menſtruum tali modo debet operari, convenit quòd ſit Subſtantia tenuiſſima, ut poſſit intrare per ſubtiliſſimos poros auri; Inſuper etiam homogenea animæ ipſiſſimæ auri, quò non offendat neque deſtruat, ſed amicabiliter & ſympathicè penetrando ſe uniat cum ipſa, atque illam ſeparet à reliquis partibus: Tali modo hæc Subſtantia quæ primò quatenus unita cum partibus imparis erat fixa & pertinax in igne, diſſoluta ab ipſis fit volatilis, atque leviſſi-

leviſſimo igne aſcendit & diſtillat per alembicum, uti Experientia hoc ſatis confirmat. Et hoc eſt facere volatile illud quod erat fixum, in quo credo latere maximam difficulatem præ cæteris omnibus, ita ut communiter aſſerant eſſe difficilius deſtruere aurum, quàm facere illud; Nam ſi aliquis invenerit hoc menſtruum, & aurum in primam materiam reduxerit, deſtruendo illud ſalva & intacta ejus anima, tunc facile erit adimplere ſecundum præceptum, quod conſiſtit in fixando iterum hanc animam, quæ à fixitate fuit facta volatilis, quod fit hoc modo.

Sumatur aurum optimum, reducaturque in calcem, idem] in pulverem impalpabilem rubicundiſſimam, diſtillando ſuperius aliquoties argentum vivum, primò optimè purgatum: Super hanc calcem auri puriſſimi ſucceſſivè infunditur, prædicta anima

ma, aut ſit ſemen aut prima materia auri, tenendo in calore moderatiſſimo, in vaſe Hermeticè ſigillato, imbibitio hæc, quæ vocatur inceratio, debet continuari tàm diu, uſque dùm calx auri non poſſit amplius bibere animam, quod continget, poſtquam una pars biberit quinque, aut magis aut minus, prout fuerit aut magis vel minus pura; hoc modo anima illa, quæ erat volatilis, ſucceſſivè unita cum corpore fixo, etiam ipſa recipit fixitatem, ſed advertendum eſt diligenter, quod debeat inſtillari alternatim & ſucceſſivè, ſinendo figere primam partem anteque adjungatur altera aliàs loco figendi ſe etiam pars fixa, idem, prædicta calx redderetur volatilis, ità nutritur infans utì loquuntur Chymici, quò poſteà poſſit ſuſcipere vires & coronari Monarcha omnium Metallorum; quod accidit continuando & gradatim accreſcendo calore, uſque

 dùm

dum materia deveniat rubicundiſſima ſicut Rubinus, quando factus eſt Lapis cum anima auri, vel candidiſſima uti perla, ſi factus eſt Lapis cum anima argenti. Et tùm temporis hic Lapis non timet amplius ullam violentiam ignis; imò ab ipſo accipit majorem vigorem, quàpropter Salamandra vocatur. Exiſtimo igitur, quod in hoc Lapide quinque partes Subſtantiæ puriſſimæ ſeminalis ſunt perfectiſſimè unitæ ad unam ſolam partem auri, utì quinque animæ in uno ſolo corpore; ille tunc accipit virtutem multiplicandi, producendique fructus copioſos, ità ut una ſola pars poſſit tranſmutare centum & mille, vel etiam plures partes alterius Metalli imperfecti, non tamen poteſt hæc virtus multiplicativa creſcere in infinitum, ſicuti aſſerunt communiter, ſed de multiplicatione lapidis in quantitate & qualitate alibi mentio fiet. Su-

Supereſt itàque tantummodò invenire menſtruum ſolutioni & reductioni auri in primam materiam proportionatam, quod nihil aliud eſſe dico, quàm ſemen auri ipſiſſimis Idem, humidum radicale Metallicum ſubtile, grave & pingue, quod invenitur in multis corporibus Metallicis, ſed difficile ad ſeparandum purum & intactum; in argento vivo ſolummodo habetur copioſius & purius quàm in ullo alio corpore, excepto auro & argento; unde qui vult operari ſecurius & certius ac incedere per viam rectam, non utatur ulla aliâ re, quàm Mercurio & Sole. Siquidem hæc ſunt corpora magis amicabilia, ſicut in cœlo, ità etiam in terra; Eâpropter unum libenter aſſumit & amplectitur alterum, atque ſe ipſi inſinuat, utì videtur per Experientiam; Et hocce eſt veritate ità confirmatum, quod aliqui cum

fundamento exiſtimaverunt poſſe perfici Lapidem cum ſolo Mercurio vulgari amalgamato cum auro; in quo tamen requiritur decoctio longiſſima aliquorum annorum; ubi è contrà ſi aliquis utatur puro humido minerali extracto per artem ex Mercurio & unito cum auro primum purgato præparatóque, complebit magnum opus in paucis menſibus.

Hoc eſt quod mihi benè viſum fuit manifeſtare in hac arte, non ſolùm ut demonſtrarem ejus poſſibilitatem, verùm etiam quò juvarem multos, ſi non in alio, ſaltèm in levando damno, quia multi conſumunt labores atque nummos in multitudine vaſium, furnorum, mineralium & ſemimineralium, plantarum, Animalium & inſtrumentorum omnimodò alienorum â modo ſimplicè operandi, cum quo debet imitari natura: Attamen teneat unuſ-

unuſquiſque pro certo, quod ſit opus facillimum, ludus puerorum, & factura fœminarum: Unam ſolam eſſe materiam Lapidis, unum ſolum vas, unum ſolum calorem, imò unam ſolam operationem, quæ accipit varia nomina, v. g. putrefactio, ſublimatio, circulatio, præcipitatio, fixatio, &c. A diverſis effectibus, qui in eodem vaſe, cum eodem calore, ab eâdem materia manifeſtantur, à principio uſque ad complementum operis.

Volo pro fine hujus materiæ revelare maximum ſecretum, quod in hac arte poteſt inveniri; Etiamſi ego diu fuerim perplexus, ſi deberem mittere in publicum tantæ conſiderationis rem; victus autem deſiderio juvandi alios, dandique lumen illis, qui poſſident bona principia Chymica, ut poſſint faciliùs attingere metam ſui deſiderij quando non fuerit con-

contraria finibus Divinæ Providentiæ, quæ utì dictum eſt, ſingulari modo aſſiſtit hiſce agendis.

Dico itàque quod cùm difficile videatur deſtruere aurum, atque extrahere ejus ſemen purum; poſſit ſuſcipi alia via ſatis facilior, in qua reperiemus dictùm ſemen, quod nondum erit converſum in aurum, nam auri mineræ non omnes ſunt unius ejuſdemque condicionis (quod debet intelligi etiam de argenti & cæterorum omnium Metallorum mineris) verùm quædam jam ſunt perfectæ, in quibus natura operata fuit, quantum potuit operari, & perduxit aurum ad ſuam Maturitatem; aliæ ſunt adhuc imperfectæ, & in prima ſua Nativitatis hora, atque in hiſce natura diſpoſuit quidem ſemen, ſed nondùm adhuc Maturàvit fructum; Quapròpter cum illud ſemen vel prima materia auri, non ſit adhuc ſtri-

ctè

ctè alligata reliquis Subſtantijs, cum quibus formatur aurum perfectum & maturum, facilè tunc erit obtinere atque extrahere illam ab omni alia Subſtantia minerali impura.

Quicunque benè intelligit, quantum hucuſque dictum eſt, alio non indiget niſi favore Divinæ Providentiæ, hoc enim ſingulare Dei donum eſt, quod ſolet concedere tantummodo perſonis rectæ intentionis, ne exoriantur illi diſordines, qui ut ſupradictum eſt eſſent contrarij ſuæ Providentiæ.

Unuſquiſque ergò Studioſus Artis filius, piâ intentione præmeditando finem ſibi præfixum, quàm per mare opinionum navigando, duobus ruderibus, idem, oratione & labore intrepide naviculam ſuam regat, atq; ità operi Chymico indefeſſus inſiſtat, dubium non eſt, quin trajecto ſemel flumine ignorantiæ & poſt ſe relictâ

arro-

arrogantiâ ambitionis, tandem vento ſecundo ad Sapientiæ littus pertinget, ubi à ſummo diſpenſatore dulcedinis fructu benedicetur & ſic laborum ſuorum meſſem ubertimam occupare poterit.

Faxit.

Jehova Triunus

A Quo, Per, & ad Quem omnia.

F I N I S.

·· b+